

Attento, pater sancte, quod ipse orator propter adversariorum potentiam in partibus non posset consequi iustitiam, non obstantibus quod causa sive cause huiusmodi non fuerint neque sint ad Romanam curiam legitime devolute, sive in ea de iuris necessitate tractande sive finiende constitutionibus et ordinationibus apostolicis, stilo palatii iuribus ceterisque
5 in contrarium facientibus quibuscunque cum ceteris titulis oportunis^{b)}.

De mandato domini nostri pape audiat magister Gaspar et recepto iuramento citet ut petitur et iustitiam faciat.

136.

*Caspar von Theramo, Auditor der päpstlichen Curie, läßt durch die Geistlichen der Merseburger
10 Diözese den Rektor der Universität Johannes Hasenfeld und Genossen nach Rom vor Ge-
richt citiren.* Rom, 1466 Jan. 31.

Hdschr.: Stadtbibliothek Leipzig Cod. mscpt. Rep. II. 10^a fol. 204.

Caspar de Theramo decretorum doctor, canonicus Tervisensis et Tridentinensis ecclesiarum, nec non sanctissimi domini nostri pape capellanus et ipsius sacri pallacii
15 apostolici causarum causeque et causis et partibus infrascriptis ab eodem domino nostro papa specialiter deputatus, universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, tesarariis, sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis parochialiumque ecclesiarum rectoribus seu loca tenentibus, eorundem plebanis, viceplebanis, capellanis curatis et non curatis, vicariis
20 perpetuis, altaristis ceterisque presbyteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per civitatem et diocesim Merseburgensem ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum ac illi vel illis ad quem vel ad quos presentes nostre littere pervenerint, salutem in domino et nostris huiusmodi ymmo verius apostolicis obedire firmiter mandatis. Noveritis quod nuper sanctissimus in Christo pater et dominus noster,
25 dominus Paulus divina providentia papa secundus, quandam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit quam nos cum ea qua decuit reverentia suscepimus huiusmodi sub tenore.^{a)}

Post cuius quidem commissionis sive supplicationis cedule presentationem et receptionem nobis et per nos ut premittitur factas, fuimus per honorabilem virum magistrum
30 Wernerum Tegeders de Costfeldia principalem in preinserta commissione principaliter nominatum coram nobis personaliter constitutum debita cum instantia requisiti, quatinus sibi citationem legitimam una cum inhibitione inserta extra Romanam curiam et ad partes contra et adversus quendam Iohannem Hasenfelt universitatis Lipczensis rectorem in eadem commissione ex adverso principaliter nominatum, omnesque alios et singulos sua
35 communiter vel divisim interesse putantes et in executione presentium litterarum nostrarum nominandos iuxta et secundum preinserte commissionis vim, formam et tenorem in forma

136. b) *Am Rande von anderer Hand: signatura vicecancellar.*

137. a) *Folgt der Wortlaut des vorhergehenden Schriftstückes.*